


Sicut unguentum in cápite, \* quod descendit in barbam, barbam Aaron.


Quod descendit in oram vestiménti ejus : \* sicut ros

Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, \* et vitam usque in sæculum.




Ant. ECCE quam bonum, et quam jucúndum.



Ant.  
iij.  
toni.

OMNI-A. Ps. 134. Laudáte nomen Dómini, \*



laudáte servi Dóminum.

Qui statis in domo Dómini, \* in átriis domus Dei nostri.

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus : \* psállite nómini ejus, quóniam suáve.

Quóniam Jacob elégit sibi Dóminus, \* Israel in possessionem sibi.

Quia ego cognóvi quod magnus est Dóminus, \* et Deus noster præ ómnibus diis.

Omnia quæcúmque vóluit, Dóminus fecit in cælo, et in terra, \* in mari, et in ómnibus abyssis.

Edúcens nubes ab extré-

mo terræ : \* fúlgora in plúviam fecit.

Qui producít ventos de thesáuris suis : \* qui percússit primogénita Ægypti ab hómine usque ad pecus.

Et misit signa, et prodígia in médio tui Ægypte : \* in Pharaónem, et in omnes servos ejus.

Qui percússit gentes multas : \* et occidit reges fortes :

Sehon regem Amorrhæórum, † et Og regem Basan, \* et ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum